

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Caini Et Abelis, Notis Criticis, Philologicis, Historicis Et Theologicis Illustrata[e]\$nElektronische Ressource

**Fecht, Johann
Fecht, Gustav Friedrich**

Rostochi, 1704

VD18 10451528-001

§. XIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-41839](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-41839)

per id testati. Neh. VI. 16. Ita, qui læto sunt animo, frontem gerunt exporrectam, oculosq; & ora ad cœlum protensa.

§. XIII. Adv. 7. *Si bene feceris, Seetb.*) Tam dubia totius hujus loci sententia interpretibus cum Judæis, tum Christianis visa est, ut vix unus cum altero concordet gerat amicitias. Id facit insueta illa constructio & elliptica vocis פָּעַל positura, Infinitivo præterea pro nomine usurpato. Itaque, *si bene feceris*; alii generatim, si recte feceris coram Deo, alii, si recte obtuleris sacrificium animo puro atque illibato, inque Messiam directo; פָּעַל , alii, erit ablatio peccati, opposita custodiæ peccati, de qua postea, ut *D. Seb. Schmidtus*; alii, erit remissio, ut *Ben Melech*, alii, erit exaltatio, nempe faciei, *du wirst GOETZ und Menschen getrost unter Augen gehen und dich alles liebes und gutes zu ihnen versehen* / ita *Varenius & Pfeifferus* in *Dub. Vex.* & ex Ebræis *Ramban & Aben Ezra*.

§. XIV. Adv. eund. *Si non bene feceris, peccatum cubat ad ostium.*) Quod nempe te canis ad instar perpetuo irrequietum, animo turbidum, vultu demissum, reddet. Ut adeo mirum non sit, te mox in iram adversus fratrem exardescere, mox Deo ipsi obmurmurare. Jucunda videtur circa hæc verba sententia *Jo. Lightfooti* in *Chronico temporum & Observationibus in Genesin*, qui his verbis loci sententiam repræsentat: *Si bene egeris, futurum est, ut certò sis acceptus. Et quamvis non egeris bene, tamen רבץ הסאת לפתח הטהור, adjacet foribus victimæ, quam possis pro peccato offerre, adeoque spes veniæ erit, mox te pœniteat.* Notat autem & vocem: פָּעַל frequenter pro sacrificio pro peccato accipi, & sacrificia
ad